Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Pomian Pesarovius

# Gratulatio Secularis Ob Jubilæum Tertium, Academiæ Rostochiensis Anno Christi 1419 ... Jam vero felicißime ac Sollemniter celebrandum ...

Holmiæ: Typis Henr. C. Merckell, [1719?]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862518407**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

MK – 7689.26

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862518407/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn862518407/phys_0002
DFG

# GRATULATIO SECULARIS
OB
# JUBILÆUM TERTIUM,
## ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS
ANNO CHRISTI 1419.

Ad inſtantiam JOHANNIS & ALBERTI IV. Ducum Megapolenſium, HENRICI SVERENSIS EPISCOPI, nec non PROCONSULUM atque CONSULUM Civitatis Roſtochienſis in papalibus tenebris feliciter qvidem fundatæ atq; erectæ,

Sed poſt Reformationem D. LUTHERI ab Imperatore Ferdinando I. Anno Domini 1560. die 18 Auguſti Novo Diplomate, Rudolphi II Protectoriô, ut & Ferdinandi III Citatione & inhibitione, eò felicius confirmatæ,

*Jam vero feliciſſimè ac Sollemniter celebrandum,*

ANNO

GLorIa, LaVs, & Honos, tIbI ReX ô ChrIſte ReDeMptor!

AD

EJVSDEM THEOLOGICAM FACVLTATEM atqve Miniſterium Eccleſiæ Orthodoxum, nec minus *Varnenſes* qvam *Veronenſes* Muſas,

Anno: EX

DeVotIſſIMo ProfeſſorIs PeCtore ProfeCta

Autumnali Æqvinoctio

RoſtoChIVM roſas tertIa VICe VIDens.

ROSETUM *in Flore, cum Gryphe coronato roſis.*

FACVLTATIS † THEOLOGICÆ † ROSTOCHIENSIS †

CHRISTVS *tertia die re-ſurgens.*

---

HOLMIÆ, Typis HENR. C. MERCKELL, *Reg. Typogr. in Duc. Finl.*

MK-7689[26]

# JESUM!

## Spectabilis Domine Decane, Senior, atq; Conſenior, Maximè Reverendi Domini Profeſſores, cæteriq; in Chriſto Fratres honorandi.

INſtat denuo præſens Veſtræ Jobelæum Academiæ Tertium, in quô vobis, ut ante annum ob Reformationem D. Lutheri quam ſolenniſſime celebratam, propter memoriam tot beneficiorum DEI, etiam hoc elapſo ejus Seculo, debitæ grates perſolvendæ incumbunt. Beatus hinc populus, qvi ſcit peragere Jubilationem pro beneficiis; Sed ingratus ſcit beneficia ſumere, quæ reddere neſcit; adeoque ingrati hominis ſtigmate haud indignus eſt. Qvod ipſe ad animum revocando, non debui non præſentem adornare gratulationem, imò debitam gratiarum actionem, ad Veſtram Facultatem, qvæ meam, ante triginta annos, perſecutionem non modo prudenter ſublevavit; ſed etiam me ab infelicitate meâ feliciter vindicavit. Cum enim Religio Politica, utpote in hoc mundo catholica, in cœlô autem, qvod nihil impuri, aut confuſi admittit, planè utopica, meam, ut veſtri jam Profeſſoris Theologiæ deſignati, conſtantem orthodoxiam pro incorrigibili contumaciâ venditando, qvadam relegationis contumeliâ, ſed fruſtra afficere conabatur; qvippe ſtatim à Sereniſſimo Guſtrovienſi Duce GUSTAVO ADOLPHO Domino meo Clementiſſimo, perqvam honorifice, prout apud vos etiamnum lippis atq; tonſoribus notum, qvo muneri deſtinato vacarem Roſtochij reſtitutus, Veſtra Facultas Theologica poſtmodum & honoribus Doctoralibus, Privilegijsqve & carminibus gratulatorijs, cum varijs Amicorum elogijs meam condecoravit conſtantiam, interea adverſarijs in *Paradiſum infernalem*, cui non obſcure favebant, ſemet ipſos certatim relegantibus: Proinde Facultati Veſtræ, vel eô nomine, immortales me gratias debere ex animo profiteor, ac ſubinde novo recurrente Seculô Veſtræ Univerſitati Qvarto, eidem qvoq; ex ſincero pectore gratulor, qvod Veſtræ Facultatis diligentia, Ordinisq; Sacri vigilantiâ, in veritate verè Proteſtanticâ eousq; ſalva & incolumis per-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862518407/phys_0004
DFG

manſerit. Soſpitet eandem ulterius Numen Divinum in ſeram, imò ultimam usqve poſteritatem, jugiter ipſi largiendo ejusmodi Theologos, qvi hyænarum fraudes aut luporum furorem non extimeſcunt, ſed optimè norint lupos auribus tenere, nec ſtatim, ut ſœpe jam fit, aut penitus obmuteſcere, ſi aliqvando lupi Mœrin videre priores.

Egregium ſane hujusmodi certaminis, elapſo poximè ſeculo, in veſtra Facultate Specimen reliqvit *D. Michael Cobabus*, quem vel de genu pugnantem ad extremum usque halitum vidi: Is in agone ipſo vitæ conſtitutus, iſta excipere verba præſentibus, ob mendacem irreconciliationis cujusdam rumorem, in calamum commiſerat, qvæ ex ejus Actis apud me reſiduis utplurimum Originalibus, hic adſcribere non piget ſeqventia: Der Herr D. Cobabus, hat auf ſeinem Krancken Bette den 5. Februarii ſt. v. A:o 1686 Hern M. Barclai, im beyſein Herrn D. Schomeri, und M. Peſarovii, committiret zu dem Herrn D. Wolff zu gehen / und ihm zuvermelden / das Er zwar die Theologiſchen Streit-ſachen / ſo er wider ihn hatte / allerdigs bis an ſein Ende zu vertheidigen beharre / und nicht Seine (des Wolffen) perſon / ſondern ſeine Lehre haſſe: Ihme (D. Wolffen) nichts böſes / ſondern alles gutes wünſche / inſonderheit / daß ihn der liebe GOtt erleuchten und bekehren wolle: Vergebe ihm hertzlich alles / was er (D. Wolff) ihme (D. Cobabo) zu leyde gethan: Er wuſte ſich auch nicht zu beſinnen / daß Er (Cobabus) ihm (D. Wolffen) in einigen dingen anders begegnet hätte / als Er Ambts und Gewiſſens halben ſich zu thun ſchuldig gehalten: und wans ohne ſein wiſſen ſolte etwas geſchehen ſeyn / ſolches ihm hertzlich leydt wäre. Daſſelbe wolte Er / von allen andern geſagt haben / welche mit Ihm einige Streitigkeit gehabt. Et ſic iſte conſtans Athleta, Anteceſſorum veſtigia ſecutus, ex militante in triumphantem Eccleſiam translocatus eſt! Laudat *Carolus* in ſuis Memorabilibus veſtram Facultatem, qvod Ao 1613 in Tranſylvania Eccleſiæ laboranti, & alii, qvod etiam contr Liebe Seelen-Poſtill *Martini Mölleri* Görlicenſis, Anno 1602. *D. Salomon Gesnero*, cætera prætercundo, Orthodoxum dederit reſponſum. Qvis enim ignorat Veſtros, præter *Chytræos*, *Schachios*, *Trederos*, *Lobechios*, *Simon Paulos*, etiam *Aſſelmannos*, *Backmeiſteros*, *Jarnovios*, *Cothmannos*, *Qviſtorpios*, *Dorſchæos*, *Königios*, *Varenios*, *Syricios*, *Grapios*? Et qvos hæcanguſtia chartæ vix capit, Horum veſtigia ve-

ſtram Facultatem necdum deſeruiſſe, inter alia qvoqve teſtatur tractatus veſter, ſub hoc titulo publicatus: Der Roſtochiſchen Theologiſchen Facultät/ nohtwendiger Bericht und Erinnerung/ über die/ von Herrn D. Franciſco Wolffen, durch jüngſthin offentlich im Druck heraus gegebenen/ an Sie Decanum und Doctores Facultatis Theologicæ Roſtochienſis; gerichteten/und ſeinen ſo genandten LVII Theſibus vorgedruckten Teutſchen Brief/ wie auch über die/ denenſelben Theſibus angehenckten Concluſion, Anno 1695.

Verum excipitur: D. Wolffij Theſes, eſſe Jenenſium Muſæi; has plerosque hodie Theologos ſubtiles atq; moderatos ſectari, nemo non novit: Reſpondetur, olim tamen hæc moderata ſubtilitas nullius erat valoris, ut oſtendit Diſſenſus Jenenſium hodiernorum à Prædeceſſoribus illorum, Electoralibusqve Orthodoxis; item, Rechtgläubige Sätze der Wittenbergiſchen/und Unrichtige Gegen-Sätze der Jeniſchen Theologen, qvas ſubtilitates Muſæanas, nec Roſtochienſis Facultas Theologica hactenus admiſit, ſed ideo D. Wolfium à ſe arcuit, donec eas rejiceret, propter cauſas in *Hiſtor. Syncretiſtica Calovi* circa finem, & in *Memorial. Caroli* tom. 2. c. 16. contentas, qvas Hamburgenſium *Cathedralis D. C. S. Wolffius*, in ſuis ad B. Cobabum 1685 die 6 Martii datis, ſeqventibus exprimit coloribus: Und ſo ſoll man allemahl in capitibus fidei nicht andere Redensarten ſubſtituiren/ oder ohne noht Philoſophiren/ dabey man leichtlich petulanti novitatis affectatione, à proprietate Sermonis Eccleſiaſtici temerè abtreten kan: denn ſolche mutatio, vel errores parit, vel diſſidia; Sondern Symboliſche Redens-arten gebrauchen/ die ihr Fundament in der Heil. Schrifft haben. Plerumqve periculoſis erroribus via ſternitur, qvando plerique piſcatoriam Spiritus Sancti ſimplicitatem nauſeantes, ſub integumentô ornatûs & elegantiæ alicujus καινοφωνίαν introducunt, Es ſtecken viele Weigelianiſche gryllen dahinter. GOtt beſſere es/ daß auf die wahre Orthodoxie ſo wenig gehalten wird. Die Zeit wird aber kommen/ da es heiſſen wird; Thue Rechnung! wie leichtlich können die imperiti rerum, auf irrige wege gebracht werden: Man muß aber ſo viel dem böſen ſteuren und wehren/ ſo viel man kan. Alles durch GOttes Gnade. Prævidit igitur iſte vir ſagaciſſimus, ut in ſuis viſionibus Orthodoxis, ita & hic, Weigeliano - Pietismum, fore Syncretismi vel Muſæani pediſequum. Ut hoc uberius, in meâ *Compoſitione Fundamentali*, Clero Speciæ nuncupata, ac in comitiis Holmienſibus debitè exhibita, necnon à Vener. Dn. Seniore Gedanenſi

pro-

procul dubio, ut ipſe mihi ſcripſit, Roſtochium D. Fechtio tranſmiſſa, atqve à *Celeberr. Dn. D.* Niehenck in Synodali Diſputatione ſatis honorificè citata, ſcriptum reperitur. Nec enim veritate caret eventus: Sed poſt ſyncretiſticam religionum confuſionem, ſucceſſit fanatica Pietiſtarum indifferentia; adeo, ut qvi cum veſtra Facultate Theologica qvemcunq; Syncretiſmum non admiſerunt, ijdem qvoq; à Pietiſmo immunes ac illibati permanſerunt. O! igitur ter & amplius

*Felix! qvem faciunt aliena pericula cautum!*

Gaude ergo Mater Optima Roſtochienſis Academia, qvod Tuæ Facultatis Theologicæ, Ordinisq; Orthodoxi miniſterio ac vigilantia, non ſis, ut aliæ Univerſitates, inter Genevam atq; Romam facta ſubinde media, ceu eſt inter vulpem atq; lupum hyæna, fallax, rapax, ac peremtoria. Peperiſti enim Filios ut numero plurimos, ita & nativitate genuinos, niſi qvi cum *Latermanno*, *Peterſenio*, alijsq; fidei orthodoxæ deſertoribus ipſimet ſponte ſua degenerarunt in ſpurios. Nihil nunc dicam da veſtro *Eilhardo Lubino*, peccatum à nihilo, parum aut nihil in ſuo diſcernente Phosphoro, qvem *D. Grawerus* ſolide illuminavit, mihiq; in primo conflictu cum D. Franciſco Wolfio apud vos non mediocre lumen ſuppeditavit. Mitto *D. Joachim Lütkeman*, Chriſtum in triduo mortis hominem fuiſſe negantem, tresq; partes hominis eſſentiales, corpus, animam, & Spiritum etiam atq etiam propugnantem cum fanaticis, eaq; propter apud vos haud immerito relegatum. Qvam ante veſtra Facultas ſolertem adhibuerit curam, in emendandis Paſtoribus nonnullis, nempe a. c. 1570 *Johanne* Seeliger Paſtore ad D. Nicolai Sacramentario, deinde anno 1577 *M. Mattheo Ruetze*, & *M. Nemorimontio*, ad S. Petri altero, alteroq; ad D. Nicolai, Paſtoribus, Flacianiſmo addictis, ac ideo depoſitis, nec non *D. Samuele Hubero*, atq; *M. Joachimo Movio*, qvorum ille anno 1595 Wittebergæ rediit ad vomitum, hic autem errorem à ſe publico programmate 1627 ſincere removit; Eam *Apologia D. Cobabi contra D. Franciſcum Wolffium*, uberius complectitur, adducendo inſuper Veſtram Conſtitutionem Eccleſiaſticam, anno 1563 unanimi conſenſu approbatam, ideoqve *Formulam Concordiæ* dictam, cui poſteriorem de anno 1580 cognominem cooperante D. Chytræo addiderunt, & cum *Johannes Draconites* primus Roſtochienſis Superintendens, contra has Concordiæ Formulas aliqvid monſtri aleret, ab officio remotus perhibetur.

Qvoniam & hodierni Pietiſtæ, *Theophilum* Großgebauer Roſtochienſem ſuum eſſe volunt; habeant ergo ſibi eum, ſed *D. Speneri* Anti-

)( 3 ſtitis

ſtitis ſui charactere indelebili notatum ſeqventi, Im Bedencken Part. 3 p. 554. Jedoch bekenne / daß an einigen Orten / ſonderlich in dem anhang von der wiedergebuhrt / ſich einige hypotheſes Calvinianæ befinden / als ſonderlich / daß die Tauffe / nicht eben das kräfftige mittel der wiedergebuhrt ſey / noch alle in der Tauffe wiedergebohren würden / und dergleichen. Ich achte aber / daß der Liebe Mann (Theophilus Großgebauer) welcher / wie man ſiehet viele Reformirte, und Engliſche bücher geleſen / daß donum diſcretionis aber nicht gehabt / und da es ihm vielleicht nicht an ſolidioribus ſtudijs etwas gemangelt / dergleichen unwiſſende gefaſt / und alſo nachmahlen / ins ſeine auch eingerücket. Qvare D. Speneri ſententia, aſſideat graculus graculis, ſimileq; ſimili gaudeat. Iidem homines fanatici, nec veſtrum *D. Henricum Müllerum* in ſuas partes trahere deſinunt; dum *Qvirinus Kullman* provocat, ad hujus Mülleri cum *Jacob* Böhm *Sutoris Görlicenſis* homodoxiam, idq; jam anno 1674. adeo, ut *D. Calov. in ſuo Anti*Böhmio / p. 34 & 98 ſatis mirari non poſſit, qvod *D. Müllerus*, ad hanc provocationem, & conſenſus gloriationem, nihil qvicqvam reſponderit, ut ut ſerio monitus fuerit. *D. Carolus* tamen D. Müllerum in ſuis Memorabilibus excuſare conatur, ac ſi tunc D. Müllerus jam lethaliter decubuiſſet, ut ad Kulmanni literas, reſpondere non potuiſſet. Si hoc verum? utinam reliqvi veſtrates Theologi excuſatione ſimili non indigerent! præſertim ij, qvi Patriſtico digladiari gladio ſibi propoſuerunt, nihilominus Auguſtinum cum calixtinis etiam contra Orthodoxorum Sententiam, Prædeſtinatianis relinqvere non ſunt veriti, & qvæ ſunt alia Muſæanis affinia, quæ imputantur, præſertim, qvi nec Diſputationem *De Unione Myſticâ* maſculè propugnarunt, metuendo, qvaſi lites ea ſopitas reſuſcitaret: cum tamen vel comites Palatini forte ex Privilegio Rudolphi II. ortum habentes, ſtatutis Academiæ nihil qvidqvam derogare qveant, nedum vel ipſa pallatii comitiva, ullam poteſtatem habeat in interna Eccleſiæ, cujus eſt etiam errores ſopitos, ne renaſcantur redarguere ac refutando ſepelire.

Annon occurrit? (Si qvando cōtingat cuſtodes utriusqve tabulæ, in utramqve aurem dormire) Conſilium Veſtri *D. Dorſchæi*, Hunniano ſuccenturiatum: *de arctiori confœderatione inter Collegia Theologico-Academicâ*: qvod hanc Unionem non fictam, nec fucatam, multis commendat prærogativis, ſi vel inter plurima Theologi verſarentur pericula, nihilominus beneficiô ejus in ſtatu tranqvillo conſervari poſſe: virtus enim unita fortior. Aſt hodie qvisqve

qve ſibi ſapit, & non niſi ſua curat, cum Independentibus in ſinu cogitando: qvi currit, currat; & qvi jacet, jaceat: dummodo mihi benè. Hinc illæ lacrymæ! ſcilicet meliorum temporum: qvoniam, dum ſinguli pugnamus, omnes vincimur. Olim non erat ſic; videantur modò literæ prædeceſſorum Encyclicæ, aut qvas exhibet veſter *D. Fechtius* in Supplemento Epiſtolarum ad Marbachios, ubi eas ſeqventibus commendat verbis, p. 195. *Hanc infucatam animi ſimplicitatem ſpirant Epiſtolæ iſtæ: qvoqve vicinius ad Lutheri ætatem accedunt, hoc evidentiore, aut ut ita loqvamur, diviniore illa ſeſe indiciô prodit; hodie, qvò longiore ſpatiô, ab illo innocentiæ Seculo receſſimus, hoc magis characterem Chriſtianum amiſimus. Theologi proh dolor! hodie ſumus Politici, vel ſi ita fari liceat, Alamodici.* En reos confitentes! & qvi ſciunt meliora, probantqve! deinde, poſt pauca, *Buceri* laudata ſimplicitate (o ſi non duplici!) concluditur: *Nec Eccleſiæ amplius Dei cauſa, ſed corradendi auri gratia ſervimus.* Qvæ hic Theologorum conſcientia? non igitur mirum, qvod Politici in Theologia dominentur. O miſeros ſine conſcientia Theologos! De Veſtra tamen Facultate Theologica ingenue fateri poſſum, qvod ea me apud Regiomontanos degentem, non Bucerianis ſublevaverit literis; *D. Habichhorſtij* namqve in ijs ſtylum non Alamodicum deprehendo: Et qvodſi plures tam conſcientioſi hodie eſſent ſuperſtites Theologi, non mihi in duodecimum usqve annum ſine omni ſolatio jam exulandum eſſet. Interim, contra hunc Syncretiſtico-Pietiſticum torrentem tantiſper mihi adhuc natandum, qvoad ille providebit, qvi optime novit commutare Jubilæa, ut nonnullis videantur plusqvam Jubilæa, alijs vero plane nulla: veſtrum tamen Academiæ Jobelæum, non eſſe fictum aut fucatum, ſed verum & genuinum, comprobant omnia Hiſtoricorum teſtimonia; Proinde vel hoc argumento inductus, majori cum fiducia mihi nunc demum incumbit iſta gratulatio officioſe abſolvenda, qvo iſtud Jubilæum Academiæ Roſtochienſis Tertium, ter & amplius, vobis omnibus ac ſingulis, felix fauſtumqve ſit.

Benedicat itaqve Deus Unitrinus ex altis Veſtræ Univerſitati, cum venerabili Facultate Theologica, Miniſterio Eccleſiæ Orthodoxo Muſisqve non tam Varnenſibus, qvam Veronenſibus: conſervet vos porro omnes in ultimam usqve poſteritatem, ab omni errorum fermento immunem, largiatur Theologos, Verbiqve divini Miniſtros

vere

vere Lutheranos, qvi non ſolum ſint Concilij atqve Conſiſtorij Aſſeſſores & Conſiliarij, verum etiam Confeſſores conſcientioſi veritatis vere Proteſtanticæ: Avertat Gryphes androgynos, ſphinges claudas, Sirenesq; amphibias. Dirigat Concilium Roſtochienſe Academicum Spiritu ſuo æqvanimitatis & ſapientiæ, qvo ſemper ſit ſupra ſuum Papam iniqvum, & qvi decreta velut ex pelvi fulgura vibrare conſvevit, adverſus orthodoxiam in *Libro Concordiæ*, cui omnes juramento categorice vos obſtrinxiſtis, nec non in ejus Compendio, *Conſenſu Repetito Fidei vere Lutheranæ* haud hypothetice expreſſam, ac denuo Nemeſis divina, ut qvondam in Exilio per ſexennium Gryphsvaldenſi, nunc autem in cinere ac ruderibus incendij, ut & anarchia præſenti, conſpicua, ad vindictam ulterius provocetur. Soſpitet Varniades Muſas, ducendo eas in omnem doctrinæ ac morum veritatem, ne aliter ſentiant, qvam loqvuntur, dum Pietas laudatur & alget. Illuminet ſua cœleſti gratia illum, qvi moderatur caput Bucephali Myſticum! coronet Gryphes aureos roſis provincialibus & non fanaticis Kulmanni aut Muſæi! Tandemq; deſponſet diſcordes ſub candida Cruce annulo pacis adamantinæ, civilisq; concordiæ, ut non modo hoc Qvartum feliciter auſpicetur, feliciusq; decurrat Seculum, ſed etiam poſt plurima, ſi qvæ adhuc in terris ſperanda ſint ſeculorum ſecula, æternum aliqvando in cœleſti Academia, qvam feliciſſime celebrando non Phœbum, ſed Numen uni Trinum renovet Jobelæum! vivat, inqvam, Roſtochium illud literatum! Floreat Roſetum ſemper Orthodoxum! Vigeatq; Mekelleburgium omni benedictione Beatiſſimum!

*Precatur ex animo Gratulabundus Veſter*

D. PAULUS POMIAN PESAROVIUS,
S. Th. Prof. Publ.

*Caput Bucephali, crux alba, dextra Virginis annulum porrigit, Gryphes & alia ornamenta.*
InSIgnIa DVCatVs MeKeLLenbVrgIæ

† ACADEMIÆ CONCILII † ROSTOCHIENSIS.
Forſan MARTINUS V. PAPA
*Ferrariæ Id. Feb. A. Pontif 2.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862518407/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862518407/phys_0012
DFG

, & non niſi ſua curat, cum Independentibus in ſinu
vi currit, currat; & qvi jacet, jaceat: dummodo
Hinc illæ lacrymæ! ſcilicet meliorum temporum: qvo-
nguli pugnamus, omnes vincimur. Olim non erat ſic;
odò literæ prædeceſſorum Encyclicæ, aut qvas exhibet
*tius* in Supplemento Epiſtolarum ad Marbachios, ubi
as commendat verbis, p. 195. *Hanc infucatam animi*
*ſpirant Epiſtolæ iſtæ: qvoqve vicinius ad Lutheri ætatem*
*c evidentiore, aut ut ita loqvamur, diviniore illa ſeſe*
*; hodie, qvò longiore ſpatiô, ab illo innocentiæ Seculo*
*oc magis characterem Chriſtianum amiſimus. Theologi*
*hodie ſumus Politici, vel ſi ita fari liceat, Alamodici.*
tentes! & qvi ſciunt meliora, probantqve! deinde, poſt
*i* laudata ſimplicitate (o ſi non duplici!) concluditur:
*amplius Dei cauſa, ſed corradendi auri gratia ſervimus.*
ologorum conſcientia? non igitur mirum, qvod Poli-
ogia dominentur. O miſeros ſine conſcientia Theolo-
tra tamen Facultate Theologica ingenue fateri poſſum,
apud Regiomontanos degentem, non Bucerianis ſuble-
s; *D. Habichhorſtij* namqve in ijs ſtylum non Alamo-
hendo: Et qvodſi plures tam conſcientioſi hodie eſſent
heologi, non mihi in duodecimum usqve annum ſine
jam exulandum eſſet. Interim, contra hunc Syncreti-
cum torrentem tantiſper mihi adhuc natandum, qvoad
it, qvi optime novit commutare Jubilæa, ut nonnullis
usqvam Jubilæa, alijs vero plane nulla; veſtrum tamen
obelænm, non eſſe fictum aut fucatum, ſed verum &
comprobant omnia Hiſtoricorum teſtimonia; Proinde
mento inductus, majori cum fiducia mihi nunc demum
a gratulatio officioſe abſolvenda, qvo iſtud Jubilæum
Roſtochienſis Tertium, ter & amplius, vobis omnibus
felix fauſtumqve ſit.

cat itaqve Deus Unitrinus ex altis Veſtræ Univerſitati,
bili Facultate Theologica, Miniſterio Eccleſiæ Orthodoxo
n tam Varnenſibus, qvam Veronenſibus: conſervet vos
s in ultimam usqve poſteritatem, ab omni errorum fer-
unem, largiatur Theologos, Verbiqve divini Miniſtros
vere